



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 100. Quesnelli Epistola ad Clementem summum Pontificem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.

A. C. 1712.

§. C.

*Quesnelli Epistola ad Clementem summum Pontificem.**Act. publ.
Const.*

Tot artificiorum fraudumque frustratio haud levem imminentis tempestatis terrorem incusserat Quesnello, qui, ut impendens capiti suo fulmen declinaret, fucata submissione literas die vigesima secunda Julii, ac iterum die vigesima secunda Septembris ad summum Pontificem transmisit, hujus tenoris:

Sanctissime Pater!

„Cum tenuitatis meæ conscius sim,
„nec ignorare queam, quam sæpe tem-
„tatum sit, ut in me tantillum homi-
„nem, tanti Pontificis indignatio provo-
„cetur, merito vereor, ne audacius
„a me factum videatur, si, quod co-
„ram minus possum, saltem pio meo
„tis affectu humillime provolutus ad
„exosculandos Sanctitatis Vestræ pe-
„des accedam, cum debita successori
„Principis Apostolorum reverentia,
„quem uti Apostolici primatus Hære-
„dem colo ac veneror, & agnosco su-
„preum ejus Vicarium, qui, appel-
„latus a Deo Pontifex, Princeps Pa-
„storum constitutus est.,, Ve

Sæc. XVIII.
A. C. 1712.

„Verum eadem illa nomina, qui-
bus primum exterreor, simul etiam
„invitant, & consolantur, addunt-
que piam mihi constantemque fidu-
ciam accedendi propius ad Apostoli-
cam vestram Sedem, ubi certissimum
esse debet perfugium veritati, quæ,
ut olim Tertulianus, hoc unum ex-
optat, ne inaudita damnetur. „

„Ne mirere, Beatissime Pater, si
non meam, sed veritatis causam ap-
pellam eam, quæ coram vobis jam
agitur, occasione libri, cui titulus est,
*Considerationes morales in Novum Domini
Nostri Jesu Christi Testamentum*, ad cu-
jus examen constitutam esse auctori-
tate Vestra congregationem nuper
accepi. „

„De hoc in novum Testamentum
opere, cui Deus ab annis plusquam
quadraginta ultra quam præsumere
fas erat, benedixit, non adeo con-
fidenter loqui auderem, nisi certissi-
me mihi conscius essem, nihil studii,
ac laboris a me esse prætermis-
sum, ut
liber ad informandam pietatem præ-
cipue scriptus a certa constantique
norma fidei, quam Romana, ac Ca-
tholica profitetur Ecclesia, nulla in
re deflecteret. „

„Regulam a sancto Concilio Triden-
tino præscriptam accuratè ac religiose
„secu-

Sæc. XVIII. „secutus sum. Librum ipsum, ante
 A. C. 1712. „quam prodiret in lucem, Episcopo-
 „rum authoritati & arbitrio plene sub-
 „jeci, adeo ut penes ipsos fuerit, aut
 „delere penitus, aut emendare quidquid
 „vel explicatione, vel correctione ali-
 „qua indigere identidem judicarunt.
 „Primus libri Patrocinium in se
 „suscepit illustrissimus piæ & sanctæ
 „memoriæ D. Felix Vialart, Episcopus
 „Catalaunensis, qui & a tota Gallia,
 „& ab Apostolica Sede sæpius singula-
 „rem pietatis, Doctrinæ, Prudentiæ
 „laudem consecutus est, & summa e-
 „tiam apud Regem nostrum Christia-
 „nissimum existimatione inter cæteros
 „Ecclesiæ Gallicanæ Antistites semper
 „præluxit.,

„Illustrissimi ac dignissimi ejus in
 „Catalaunensi Sede Successores, cum
 „Librum hunc jam per aliquot annos
 „non sine fructu lectum esse intellexi-
 „sent, eundem rursus examinatum, ad
 „Regulam fidei probatum, Clero po-
 „puloque Catalaunensi denuo com-
 „mendarunt.,

„Ab ea Sede ad Parisiensem Apo-
 „stolica authoritate translatus eminent-
 „tissimus modo S. R. Ecclesiæ Cardina-
 „lis Ludovicus Antonius de Noailles
 „librum hunc non invexit in novam
 „Diæcesim suam, sed disseminatum in-
 „venit,

„venit, & omnium manibus jam tri- Sæc. XVIII.
 „tum, sciente ac comprobante illust- A. C. 1712.
 „rissimo ejus decessore Francisco de
 „Harlai, cujus animum omnes norunt,
 „nec admodum propitios mihi fuisse,
 „& certe ab omni doctrina, quæ hæ-
 „resin quinque Propositionum, jure
 „damnatam, vel indirecte posset re-
 „vocare, prorsus alienum.,

„Accessit tamen huic operi nova
 „authoritas, novaque commendatio,
 „accedente ad regimen Ecclesiæ Pari-
 „sienfis novo Archiepiscopo, a quo li-
 „brum hunc summopere comprobari
 „nemo ignorabat; cum enim inter ce-
 „teros Galliæ Antistites nemo pietatis
 „magis, quam illustrissimus idem Ar-
 „chiepiscopus (quod etiam judicio suo
 „confirmavit Sanctitatis Vestræ Præde-
 „cessor, felicitis memoriæ Innocentius Pa-
 „pa XII. dum eum tota applaudente
 „Gallia, in sacrum Cardinalium Col-
 „legium cooptavit) tum eo avidius legi
 „cæptus est liber, quo securius & uti-
 „lius legi posse videbatur, præsertim
 „cum illustrissimus Archiepiscopus no-
 „men suum inscribi permisisset, atque
 „præfixum voluisset mandatum, quod
 „ad commendationem libri dederat
 „Catalauni die 23. Junii 1695. paulo
 „antequam ad Sedem Parisiensem vo-
 „caretur.,

„Ob-

Sæc. XVIII.

A. C. 1712.

„Obmurmurarunt sane nonnulli:
 „At piissimus Antistes, qui non modo
 „pietati consultum volebat, sed etiam
 „paci, & charitati, ut quantum fieri
 „potest, cum omnibus hominibus Pa-
 „cem haberet, etiam cum his, qui
 „oderunt Pacem, semper pacificus, li-
 „brum hunc sæpius jam examinatum,
 „a se denuo relectum iterum recenseri
 „voluit, & etiam, ne minima, seu
 „justæ, seu injustæ offensionis locus su-
 „peresset, emendari a selectis quibus-
 „dam Sorbonæ Doctoribus aliisque
 „Theologis, mihi prorsus ignotis, nec
 „operi, nec auctori plus æquo faven-
 „tibus, qui librum ad severius examen
 „revocatum, de novo, ubi libitum
 „fuit, correxerunt, inconsulto me
 „quidem, non tamen refragante: cum
 „librum non tam meum reputarem,
 „quam illustrissimorum Antistitum, quo-
 „rum judicio, arbitrio, correctioni to-
 „tum opus jam dudum permiseram.
 „Imo lætabar plurimum, quod cerne-
 „rem, hoc pacto facile satisfieri posse
 „& pietati multorum, & paucorum
 „offensioni illæsa veritate, salva cari-
 „tate.„

„Addam, sanctissime Pater, illust-
 „rissimi ac sane piissimi Episcopi Le-
 „movicensis Domini d'Urfe, græ-
 „vissimum judicium, qui cum operis
 „hujus

„hujus assiduam lectionem sibi, ut & Sæc. XVIII.
 „aliis Episcopis non paucis familiarem, A. C. 1712.
 „utilissimam Pastoribus omnibus judi-
 „caret, summopere optavit. ut excer-
 „perentur ea, quæ ad Epistolas &
 „Evangelia dierum Dominicorum ac
 „festorum pertinet, eaque exiguo vo-
 „lumine typis ederentur, quo viliori
 „pretio posset ab omnibus parochiarum
 „Rectoribus comparari. Eadem quoque
 „mens fuit illustrissimi Tullensis Episcopi,
 „nunc Meldensis D. Henrici de Biffi, qui,
 „cum brevem Catalogum texeret eorum
 „librorum, quos Pastoribus aliisque Sa-
 „cerdotibus absolute necessarios judi-
 „cabat, & a quibus habendis & legen-
 „dis neminem *prorsus eximebat, inter*
 „*alios libros nono loco appellabat, (ut mi-*
 „*nus sapiens refero)* Considerationes Mo-
 „rales in Novum Testamentum, au-
 „thoritate ac Mandato Illustrissimi ac
 „Reverendissimi D. Episcopi Catalau-
 „nensis typis edita, & ne quisquam igno-
 „rantia prætextum obtendere posset,
 „voluit ea de re monitionem peculia-
 „rem inferi Directorio seu Ordini
 „Divini Officii recitandi, ad usum Ec-
 „clesiæ Tullensis Anni 1696. & 1697.
 „indictæ.

„Ad has omnes Auctoritates, san-
 „ctissime Pater, cumulus accedit Illu-
 „strissimi D. Jacobi Benigni Bossuet,
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Ee „Mel-

Sæc. XVIII. „Meldensis nuper Episcopi non autho-
 A. C. 1712. „ritas tantum, sed operis ipsius brevi
 „scripto, quod ante duos annos edi-
 „tum est, suscepta defensio. Hoc spon-
 „sore, ut ita dicam, & vindice, si con-
 „siderationum moralium liber conti-
 „tere securus intactusque non possit,
 „quid jam tutum esse potest, & extra
 „Censuræ periculum. Quid Catholici
 „sentient? quid A catholici jactabunt,
 „si tanti Viri judicium de Regula fidei
 „periclitetur, quo Duce & pene solo
 „inter totius Orbis Antistites, Catho-
 „licæ fidei scriptis editis Defensore
 „Victrix Ecclesia de omni hæresi &
 „schismate per annos plusquam qua-
 „draginta triumphavit. „

„Quæso & obtestor, Beatissime Pa-
 „ter, dignetur Vestra Sanctitas inter
 „tot diversas pro universa Ecclesia sol-
 „licitudines, quibus illa premitur, e-
 „tiam aliquot horas impendere perle-
 „gendo huic opusculo, quod ad expli-
 „cationem & defensionem libri, qui
 „jam examini subjicitur, tantus & tam
 „celebris Episcopus composuit. „

„Fieri non potest (sinat enim me
 „Sanctitas Vestra paulo liberius loqui)
 „fieri, inquam, non potest, ut Vir
 „adeo eruditus, in rebus Theologicis
 „tam subactus atque versatus, Regulae
 „fidei inprimis tenax, adversus errores
 „om-

Sæc. XVIII.
A. C. 1712.

„omnes semper attentus, apertam ejus-
 „modi operis defensionem susceperit,
 „quod, si qua fides adversariis est,
 „detestandas hæreses contineret. Sed
 „quas hæreses, sanctissime Pater, eas
 „scilicet, quæ a Beatissimis Prædecessori-
 „bus vestris Innocentio X. & Alexan-
 „dro VIII. atque etiam postea a Sancti-
 „tate Vestra per Constitutionem *vineam*
Domini Sabaoth merito damnatæ excidere
 „incauto non poterant, & adversus
 „quas erecto vigilantique Zelo Illustris-
 „simus idem Meldensis Episcopus cum
 „alias semper fuit, tum ea præsertim
 „occasione attentus esse debuit, cum
 „accusationes nomine Jansenismi inten-
 „tas diluere & refellere suscepisset. „

„Reputet igitur Sanctitas Vestra,
 „Beatissime Pater, opus non jam meum,
 „sed ipsum de hoc qualicumque opere
 „gravissimorum Theologorum ac Doctis-
 „simorum Episcoporum judicium ad
 „examen revocari, Ecclesiamque, ipsa
 „rei novitate attonitam ac suspensam,
 „expectare, quid de eo libro, qui per
 „annos quadraginta, approbantibus,
 „ac commendantibus tantis Episcopis,
 „per totam Galliam vicinasque Provin-
 „cias lectus est, Apostolica Vestra Se-
 „des judicatura sit. „

„Ne super est quidem ambiguarum
 „vorum prætextus. Tametsi enim dis-

E e 2

„siden-

Sæc. XVIII., „sidentium scholarum variæ opinio-
 A. C. 1712. „nes id effecerint, ut voces & locu-
 „tiones jure omnes de gratia Christi
 „jam sint ambigæ, dum de re ipsa
 „discrepantes Theologi, easdem tamen
 „sanctorum Patrum locutiones ad suum
 „sensum quique pertrahunt, neque pe-
 „nitus a me vitari potuerit quædam
 „ambiguitas in libro ejusmodi, in quo
 „Patrum, magis quam scolasticorum
 „locutiones adhibendæ sunt, & bre-
 „ves contractasque Sententias, easque
 „præcisas ab invicem, non colligatas
 „nec connexas esse, ipsa instituti ope-
 „ris ratio necessario postulabat, tamen
 „sic omnes verborum illas argutias,
 „explicuit illustrissimus idem Meldensis
 „& ad exactiorem fidei Regulam revo-
 „cavit, ut ea parte nihil jam posse de-
 „siderari videatur. „

„Fateor igitur, Sanctissime Pater,
 „assequi omnino me non posse, quod
 „jam in eo libro reprehendatur. „

„Quoad novi Testamenti versionem
 „Gallicam, cautus effugi, quidquid in
 „aliis versionibus Apostolicæ Sedi de-
 „splicuisse intellexi, versionem vulgarem
 „tam accurate secutus nihil de græcæ
 „textibus intermiscui. Litteralem vul-
 „gatae sensum ad litteram dedi, ab omni
 „paraphrasi data opera abstinui, si plu-
 „ribus vocibus unicam aliquando re-
 „didit.

„didi, id propter inopiam linguæ ex Sæc. XVIII.
 „necessitate factum est, ne sensus ipse A. C. 1712.
 „fraudaretur, aut sacri textus vis at-
 „que efficacia minueretur, si quid ta-
 „men incauto excidit, quod emenda-
 „tione dignum videatur, libentissime
 „corrigam. „

„Quantum vero ad morales ipsas
 „in textum Novi Testamenti conside-
 „rationes, de quibus quantum existi-
 „mo, præcipue agitur, si in opere tam-
 „diu a piis viris perlecto tam severe
 „a gravissimis Theologis castigato, tam
 „erudite a doctissimis Episcopis vindi-
 „cato, qui omnes aliud nihil quam
 „veritatem ipsam, & Ecclesiæ utilita-
 „tem spectabant, difficultatis tamen
 „aliquid etiamnum superest, id pro-
 „fecto non aliunde potest oriri, quam
 „aut ex aliqua fortasse vocum ambi-
 „guitate, aut brevitate Sententiarum,
 „aut ex eo, quod Theologi exteri idio-
 „matis Gallici vim ac proprietatem
 „non satis assequantur, quod extraneis
 „solet contingere, quibus illius usus &
 „exercitatio deest. „

„Igitur ad Sanctitatis Vestræ pe-
 „des animo prostratus, Beatissime Pa-
 „ter, triplex ab illa beneficium sup-
 „plex exposco. „

„Primum est, ut Regula ab Ale-
 „xandro Felicis memoriæ Papa VII. in
 „ob-

Sæc. XVIII. „observationibus ad decimam indicis

A. C. 1712. „Regulam de examinandis libris præ-
 „scripta, etiam in hac occasione tenea-
 „tur: ut scilicet inter consultores aut
 „qualificatores, qui vel de libro ipso
 „vel de Propositionibus e libro extra-
 „hendis suffragium ferent, non alii
 „annumerentur, nisi quos Doctrina
 „morumque integritate probatos, et
 „omni suspitione intactos & a partium
 „studio, ab omni suspitione intactos & a parti-
 „tium studio atque ab amoris & odii stimulis
 „prorsus remotos esse, Sanctitas Vestra
 „certo cognoverit.”

„Secundum est, ne libri hujus exa-
 „men committatur, nisi Theologis, qui
 „longo linguæ Gallicæ usu satis exer-
 „citati sint, ut necesse non sit ad ver-
 „siones recurrere, fortasse minus ac-
 „curatas; increbuit enim rumor, San-
 „ctissime Pater, ad hoc examen adhi-
 „bendam esse latinam quamdam ver-
 „sionem, nec meam, nec a me us-
 „quam lectam, nec a Gallis homini-
 „bus concinnatam, nec ad posteriores
 „editiones Gallicas emendatam, ad quam
 „proinde minus æquum esset, libri huius
 „jus discussionem revocari.”

„Tertium est momenti longe gra-
 „vioris, quod Beatissime Pater, a
 „Clementia & æquitate Vestra instan-
 „tissime flagito, ne scilicet inauditus
 „& indefensus condemner, si enim
 „justæ

„justæ defensionis locus ipsis etiam sce-
 „leratis vel apud gentes immanitate
 „barbaras semper reservatur, quanto
 „æquius est, ab Apostolica Sede non
 „damnari Sacerdotem inauditum, hac
 „præsertim occasione, ubi non de ob-
 „scuro quodam ac nullius momenti li-
 „bello agitur, sed de eo libro, qui
 „autoritatem jam obtinuit longo fide-
 „lium usu corroboratam legitimorum
 „que Superiorum ac gravissimorum Epi-
 „scoporum & Theologorum approba-
 „tione confirmatam, quo iudicio pe-
 „riclitante simul totius fere Gallix,
 „quæ librum hunc sine offensione per
 „annos plusquam quadraginta legit,
 „iudicium in discrimen adducitur.,

„Advolutus igitur animo ad Sancti-
 „tatis Vestræ Pedes enixe supplico, ut
 „Clementia vestra jubeat communicari
 „mecum ac declarari mihi Propositio-
 „nes eas, quæ sigillatim excerptæ, &
 „quasi Censura dignæ ad Apostolicum
 „vestrum iudicium delatæ sunt, ut, si
 „qua Propositio sit, aut manifeste erro-
 „nea aut quæ ad errorem vel tendat
 „vel tendere posse videatur, eam abs-
 „que ambiguitate aut tergiversatione
 „velut retractem, vel explicem, ne quis
 „de Doctrina aut de vero ac Genuino libri
 „mei sensu dubitandi locus supersit, un-
 „de facti quæstio rursus enascatur.,

Ee 4

Ob,,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1712.

Sæc. XVIII.

A. C. 1712.

„Obtestor præterea sanctitatem ve-
 „stram, Beatissime Pater, ne ulla re-
 „tio habeatur tot calumniarum, quæ
 „in me sæpius absque ullis argumen-
 „tis, & ex inanissimis conjecturis ja-
 „ctatæ sunt, quæque in ipsum etiam
 „librum recidere possent, si Propositio-
 „nes extractæ in alienum a me sensum
 „contortæ ex dictis, & calumniis ad-
 „versariorum (quod Apostolicæ æqui-
 „tatis non est) magis quam ex mente,
 „scopo, proposito institutoque meo re-
 „stimarentur. „

„Utinam vero possem Sanctitati
 „Vestrae plenam & apertam fidei &
 „Doctrinae meæ rationem coram re-
 „dere: Non me sane locorum distan-
 „tia, non itinerum difficultas, non æ-
 „speritas viarum, non pericula, non
 „insidiarum metus deterrere. Sed
 „homini ætate jam affecta, & prope
 „modum octogenario temeriarum esset
 „tantum & tam arduum iter suscipere
 „in quo proculdubio ante deficerem,
 „quam Urbis sanctæ conspectu perfiri
 „liceret & sacris Apostolorum limini-
 „bus allabi. Horum igitur veneranda
 „vestigia simulque Beatitudinis Vestrae
 „Pedes, Sanctissime Pater, toto men-
 „tis & cordis affectu humillime exoscu-
 „lor, & quod possum, religiose & cum
 „omni observantia contestor, me &
 „fuisse

„fuisse semper & ad ultimum usque Sæc. XVIII.
 „vitæ spiritum semper futurum Eccl. A. C. 1712.
 „clesiæ, fidei, Catholicæ unitati, Se-
 „dis Apostolicæ auctoritati ac prima-
 „tui addictissimum, & Sanctitatis Ve-
 „stræ cultorem Observantissimum, cu-
 „jus Apostolicam benedictionem sup-
 „pliciter postulo cum ea reverentia ac
 „sincera veneratione, quæ fidelem
 „Catholicæ Ecclesiæ alumnum Chri-
 „stianique Sacerdotii participem decet.
 „Ut Deus Opt. Max. Sanctitatem Ve-
 „stram gregi suo diutissime servet in-
 „columem ex animo optat vovetque.”

Sanctitatis Vestræ,

Beatissime Pater!

*Humillimus obedientissimusque Fi-
 lius ac Famulus Paschasius,
 Quesnell, Parisiensis Diæcesis
 Presbyter indignus.*

Hanc quidem Quesnelli epistolam
 Pontifex receperat, ad eam vero se Expl. Apol.
des sent. du
P. Quesnel.
 nequaquam responsurum declarabat,
 eoquod non de damnanda ejus Per-
 sona, sed ejus libro jamjam discussioni
 subjecto ageretur, ac superfluum fo-
 ret, Auctorem audire, ubi Auctoris
 verba aperte loquuntur, ejusque men-
 tem & sensum denuo in apologetica sua

Ee 5

ex-

Sæc. XVIII. explicatione fufius manifestatum pro-
A. C. 1712. dunt, aliunde vero constans & Eccle-
 siæ Romanæ mos sit, quæ dum libros &
 doctrinas publice evulgatas damnat,
 Auctores ipsos in iudicium non vocat,
 nisi simul nota est irroganda Personæ.

§. CI.

Gravis contentio Papam inter & Siciliæ Pro-Regem ob violatam Immunitatem Ecclesiasticam.

*Guarnacc.
 Vitæ Pontif.
 t. 2. p. 15.
 Bull. & E-
 pist. Clem.
 XI.*

Tempore, quo Marchio Carolus Philippus Antonius Spinula Columna de Los Balbazes Pro-Rex Siciliæ Regnum administrabat, primum violatæ immunitatis nuntium alius & alius excipiebat: Parva erat scintilla, ex qua tamen hoc anno ingens conflatum est contentionis incendium; cum enim præfatus Pro-Rex in Liparensi urbe quoddam leguminum genus ex Episcopalibus prædiis collectum novo tributorum oneri reddidisset obnoxium, Nicolaus Maria Tedeschi Liparensis Episcopus Pro-Regis Ministros læsæ immunitatis reos declarabat, cumque injuriam illatam reparare recusarent, eos tertio monitos communionem Catholicam interdixit, atque a Sacris removit. Verum Regii Ministri Joannes Baptista Teforeus, & Jacobus Christo poenas ab